



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod in Trinitate non est diuersitas vel singularitas vel solitudo sed vnitas  
& trinitas & distinctio & identitas. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



linguæ suæ consuetudinem aptius dicitur.

*Quod in trinitate non est diuersitas, nec singularitas, vel solitudo: sed vnitas, & trinitas, & distinctio & identitas.*

IAM sufficienter, vt puto, ostensū, qua necessitate dicamus tres personas, & quare nō similiter tres Deos vel essentias: quia scil. in altero obuiat scriptura, in altero diuersitatis intelligentia, quia ibi nulla penit<sup>9</sup> est diuersitas, sicut nec singularitas vel solitudo, sed vnitas & trin. Vnde Aug. in li. 7. de Trin. ait, Humana inopia querēs quid diceret tria, dixit tres personas & substātiās. Quib. nominib<sup>9</sup> nō diuersitatē voluit intelligi, sed singularitatē noluit: vt nō solum ibi vnitas intelligatur ex eo q̄ dicitur vna essentia, sed Trin. ex eo quod dicuntur tres personę. Hilar. quoq; in 7. lib. de Trin. ait: Dominus dicit, Qui me videt, videt & patrem. Cum hoc dicitur, excluditur singularitas, atque vnici, id est, solitarii intelligentia. Nam nec solitariū, sermo significat, & indifferentē tamen naturā professio docet. Visus est enim in filio pater per naturę vnitam similitudinem. Vnum sunt enim natus & generans: vnum sunt: neque vnus. Non itaque solitarius filius est, nec singularis, nec dispar. Item in eodem. Sicut in patre & filio credere duos Deos impium est, ita patrem & filium singulārē Deum prædicare, sacrilegium est. Nihil in his nouum, nihil diuersum, nihil alienum, nihil separabile est. De hoc etiam Augustin. in libr. quæstionum veteris ac nouæ legis ait. Vnus est Deus, sed nō singularis. Item Ambr. in lib. de fide ait, Quod vnus est substantię, separari nō potest: & si nō sit singularitatis sed vnitatis Deus vnus cū dicitur, nequaquā deitatis Trinitatē excludit: & ideo non q̄ singularitatis, sed q̄ vnitatis est prædicatur. Ecce ex prædictis ostenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec vnicus vel solitarius confitendus est Deus

*Cap. 4. ad finem.*

*Hilarius ad finem l. 7. Ioan. 4. b.*

*Paula inferus. Ibidem superius immediate. Tom. 4. quæst. 122.*

*Amb. ad finem. Lib. 3. c. 5. Et c. 1. l. 2. eiusdem ad principium. Tomo 2.*



De<sup>o</sup>: quia singularitas vel solitudo personarū pluralitatem excludit, & diuersitas vnitatē essentiaē tollit. Diuersitas inducit separationē diuinitatis, singularitas adimit distinctionē Trinitatis. Ideo Ambr. in 2. lib. de fide ait: Non est diuersa nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrē filiumq; confundens: nec iuxta Arrianos, patrem filiumq; secernens. Pater n. & filius distinctionem habent, separationem vero non habent. Item in eodem, Pater & filius diuinitate sunt vnum, nec est ibi substantiæ differentia, nec vlla diuersitas: alioquin quomodo vnū Deū dicimus? diuersitas n. plures facit, Constat ergo ex prædictis, quia in Trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personæ, & huiusmodi diuersas dicit distinctas.

Ca. 2. in fine

Ambr. ca. 2.º

in medio

l. 1. de fide

*Quod non debet dici Deus multiplex.* K

ET sicut in Trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas. & ideo nō dicend<sup>o</sup> Deus multiplex, sed trinu<sup>o</sup> & simplex. Vnde Ambr. in lib. 1. de fide ait: Est in patre & filio nō discrepans, sed vna diuinitas: nec confusum quod vnum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

Lib. 1. de fide

ca. eodem

secūdo par-

lo superius

**Q**UID SIGNIFICETVR HIS NOMINIBUS vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distincte, cum his vtimur de Deo loquendo.

**H**IC diligenter inquiri oportet, cum in Trin. nō sit diuersitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distin-

Quid signi-

fietur per

nomen nu-

merale cū lo-

quitur de

diuinis.

Etæ